Jaworska sui Recognoscentis Consortem de hac luce decedere contigerit, ex nunc, extunc eadem Consors sua bona generaliter omnia haereditaria et obligatoria, mobilia et immobilia, res[que] suprascriptas omnes morte eiusdem Mariti sui derelictas cum omni eorundem Iure, Dominio et proprietate, omnibus[que] et singulis Bonorum eorundem suprascriptorum[que] rerum utilitatibus, fructibus, proventibus, reddititibus, commoditatibus, obventionibus, attinentiis[que] et pertinentiis generaliter universis tenebit, habebit et possidebit, illis[que] pacifice et quiete utifructuet ad extrema duntaxat [illegible] post mortem vero [illegible] Nobilis Helena Jaworska Consortis suae, extunc bona eadem suprascripta omnia ad Successores praefati Nobilis Iwan Jaworski Mariti sui sine ulla contradictione et impedimento Successorum praefatae Nobilis Helena Jaworska Coniugis suae cum pleno Iure eorundem bonorum praemissorum[que] omnium devolventur.

Jaworski Szusteiowicz Conti Rerum[2]

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensis Nobilis Iwan Jaworski Szusteiowicz sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus[que] suis quibuscunque propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, eiq[ue] subiiciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Sophia Hniczka, olim Nobilis Iwan Hniczki Jaworowski ex eadem olim Nobili Hisia Czerniecka procreatae filiae, sui vero Recognoscentis Consorti legitimae eiusq[ue] posteris summam Triginta Florenorum polonicalium ratione dotis et expeditionis post eam acceptae et in domum suam importatae, necnon aliam similem summam Triginta Florenorum polonicalium, ratione certi, veri, iusti et liquidi dotalitii, in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium, haereditariorum, obligatoriorum, mobilium et immobilium, summarum[que] quarumvis, pecuniarum, necnon auri, argenti, clenodiorum, unionum margaretarum, vestium vestimentorum, stramidis, cupri, Orichalci, pecorum, pecudum, equorum, equicidum, ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae, dedit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit, et reformavit, prout dat, dotat,

dotalitiat

dotalitat, inscribit, et reformat praesentibus. Per ipsam Nobilem Sophiam Ol-
niczka, sui Recognoscentis Consortem legitimam et ipsius posteros, eandem
medietatem bonorum suorum generaliter omnium, cum universis
ipsis utilitatibus, et usufructibus competentiisque et praerogativis qua-
vis tenendi, habendi, et possidendi illisque quiete et pacifice usufru-
endi, ac ad usus suos et suorum successorum quosvis bene placitos
libere et effectualiter convertendi vigore, ac more aliarum Refor-
mationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum.

Jaworski Consorti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Pre-
mislien. Nobilis Hrehori Jaworski Marty sanus mente et corpore exi-
stens, a Foris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis
proprijs et competen. recedendo, praesentique Castrensi Capitaneali
Premisliensi Jurisdictioni quoad actum hunc se tenet seu suis suc-
cessoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie in-
corporando, atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum
recognovit. Quia ipse Nobili Marinae Sozanska Nobili ac Religioso
Jacobo Sozanski cum Nobili olim Terna Wytoszanska Consorte eius le-
gitima procreatae filiae, sui vero Recognoscentis Consorti legitimae eiusque
posteris summam Centum florenorum polon. ratione veri dotis et ex-
peditionis post eam acceptae et in domum suam importatae, necnon
aliam similem summam # ratione certi, veri, iusti et liquidi dotalitij, in et
super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium
haereditariorum, obligatoriorum, mobilium, et immobilium, summarumque
quarumvis pecuniarum, necnon auri, argenti, clenodiorum, annulorum, Marga-
ritarum, rerum, vestimentorum, stanni, aeris, cupri, Orichalci, pecor-
um, pecudum, equorum, equitiorum, ac totius supellectilis domesticae nunc ha-
bitae et in post habendae dedit, donavit, dotalitavit, inscripsit, et refor-
mavit, prout dat, donat, dotalitat, inscribit et reformat praesentibus. Per
ipsam Nobilem Sozanska sui Recognoscentis Consortem legitimam et ipsius
Posteros eandem Medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum
universis ipsis utilitatibus, et usufructibus Competentiisque et praerogati-
vis quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice
usufruen-

Centum florenorum polon.